

V

W

1. Envois Naucratis & Erodoris scatere eorum prodicatio.
2. Gregorij Nysseni ad Eustathium de Ambrosiam, et Basilianam, Epistola.
3. Naucratis Nipponi Propositio.
4. Asciaris Regi Vespri radiis nesciis in Bozum cum epistola eiusdem ab Caselij.
5. Caselij Epitaphios Joann. Porchollo personatus.
6. — Prolate, sive Magister dicendi.
7. Demodis regi quidam Aoyos.
8. Caselij Neos dax propositus.
9. — De Nobilitate libellus.
10. — Proposito duo in educatione principium.
11. — Epistola de obitu Magni Janosij, ad Thomam Zanose.
12. Alberti Clamij Mulus Arcadius, episcopula aliquot alia poemata.
13. Laurent. Rhodoniani Egos Manibus Magni Janosij, cum Epistolis aliquot Casel.
14. Theodori Adamii Panegyricus solenni introductae Acad. Iulie, die habitus.
15. Bartholomai Coppen Oratio funebris, de obitu princip. Frid. IV. comit. Palatin.
16. Rudolfi Diepholdi Nonae April. in Natal. 23, princip. Frid. V. duc. Brux.
17. Christophori Heidmanni Oratio de Verio ac primo hominibus.
18. Reditus in patriam ex peregrinacione aliquot annorum, Frid. V. duc. Brux.
19. Ad deni Luchtenij oratio in resignatione Magistratus scholast. ubi o. de Calvina.
20. — — — programma de obitu Ioan. carol. Caselij.
21. — — — programma de obitu Henrici Iulij a Lippa.
22. — — — programma de obitu Fr. v. Parcovi.
23. Tobiae Pachmetterij epistola responsa ad litteras Iean. Marsili.
24. Caselij epistola ad nuptias Henrici Iulij Wittensheim.
25. Conradi Horneij Epos, memoriae Polycarpi Lyseri consecrat.
26. — — — Carmen ad nuptias Henningi von der Duhlsleben.
27. — — — Gratulatio, Adamo Luchtenio de Restorato scripta.
28. — — — Carmen ad Simonem Struvium, in Ethic. disputatione.
29. Quoruudam doctorum virorum, carmina Cornelio Martinij scripta.
30. Conradi Rittershui epistola ad Andreu Pauli patricium, Brux.
31. Caselii epistola ad Senatum, Göttingensem.

Segniente episcopula alia materiae quare titulos et audience  
huc ascribi charta angustia non passura erat.

38.

# ΓΕΝΕΘΛΙΑΚΟΝ ΣΩΤΗΡΟΣ,

Sive

Carmen in natalem Salvatoris undecimum  
post millesimum sexcentesimum,

scriptum & consecratum

*Magnifico, nobilissimoq; viro, dn. Henrico à Kram,  
In Volckersen vnde Olber / etc.*

Patrono & fautori omni observantia colendo

à

M. Joanne Nendorfio, Scholæ apud  
Goslarienses Rectore.



GOSLARIAE  
Ex Officina typographica Joannis Vogdij.

ANNO M. DG. XII.

Magnifico, nobilissimoq; viro, Dn. Henrico à Kram  
in Volckersen vnd Olber etc. patrono & fautori  
suo omni observantia colendo

S. D.

Fecit humanitas tua, Magnifice & nobilissime vir, quam mihi cum concionatus, virtus pietatis, quam doctrina nomine, ut tibi, ita & mihi, & quibuslibet bonis carissimus multis modis predicavit, tum ipse non obscuris indicis atq; argumentis coram perspexi, ut tibi hanc qualis cung; meam ὡδὴν, eis ἀρετὰς salvatoris, ut vides, scriptam offerre & consecrare non dubitarim. Cum enim rarissimi sint, etiam in vestro ordine, qui litteras, earumq; cultores eo, quo par est, & quo merentur, favore prosequantur, tanto pluris existimavi tuam benevolentiam faciendam esse, quo est plerorumq; aliorum à Musis nostroque ordine alienior voluntas. Accessit eodem, quem de tenor semel inaudiri, & meritò primo loco afferre debui, tuus in omni litterarum genere, sed maximè in eo, quod tuam dignitatem decet ornatq; singularis profectus, cuiquisque, qui quidem rem intelligat, non minus, quam naturæ, tuam istam humanitatem, cuius supra memini, ascribendam iudicet. Præterea non nostratantum, sed patrum quoq; & avorum memoria audio in vestragente extitisse, qui litteras coluerint, ijsq; non vulgariter exculsi fuerint, ut ita Musarum amor vobis propemodum hæreditarius esse videatur. Et si verò levidense sit hoc chartaceum meum minus, tamen in spem bonam venio, fore, ut tibi, homini φιλομόσω πολυμόνω τε, η πρὸς τοὺς μουσῶν θεοφίποντας φιλοφρόνως ἔχοντι si non placeat bonitate sua, tamen non displiceat ob meum in te studium. Certè nihil aliud spectauit, nisi ut tuum mihi favorem conciliem. Ut enim poëta recte canit, Principiis placuisse viris non ultima laus est. Quod si igitur hoc assecutus fuero, mihi gratulabor, & tibi, vir Magnifice nobilissimeq;, quantuliscunque meis officijs devinetum me putabo. Vale cum nobilissima familia, adeoq; tota gente vestra feliciter. Goslaria, pridie γαρέθλων salvatoris, Anno supramillesimum sexcenti undecimo.

T. Magnificentiae

Studiofissimus

M. Ioannes Nendorfius  
Scholæ Goslariensium  
Rector.



Nnus ad finem properat, sed antè  
Festa lux partu redit à stupendo  
Virginis. Linguis iuvenum favetō

Turba, senumq;

Quicquid ô fibris latet, & medullis  
Abditum cæcis, age, te latebris  
Profer arcanis, radiosq; tantæ

Lucis adora.

Vos, quibus pectus male lancinatur  
Conscium culpæ, procul este curæ:  
Gaudium fallax temerare verum

Cede voluptas.

Ista lux, nunquam satis expedita,  
Quæis decet, votis, bona dictat orbi,  
Nil quibus compar tenet, aut secundum  
Orbis interq;

Ecquid ( ô cœlum ! ) rapiet mihi me,  
Vt queam tantis meritis paratas  
Mente sat casta, vitijq; pura

Dicere laudes?

Fas sed audere est. Lepidus, venustus  
Ore cœlesti ambrosiâ fragrante  
En puer lætos iubet esse, & atras  
Pellere curas.

Qui solum fixit, nitidiq; vastum  
Fornicem cœli sinuavit olim,  
Vinctus abiesto iacet involucro  
Parvulus infans.

A 2

Aff-

Affidens mater stupida hæret uno  
Fixa in obtutu, soboliq; seruit,  
Quam satam nullo meminit marito,  
Semine nullo.

Mira res. Vitæ sibi quem genitrix  
Novit autorem, vice inusitata.  
Reddit usuræ generatq; vitæ,

Innuba virgo.

Qui tenet cœlum ditione magna,  
Qui regit terras, dominosq; terræ,  
Quicquid & pontus, regioq; vasti

Aëris ambit,

Unus immensi moderator ævi,  
Atq; opum genti dator unus omni,  
Absq; defectu, premit en cubile

Vilius alga:

Quale iumentum stabulans recuset,  
Victus at simplex, tenuisq; parca  
Editur mamma, prohibetq; frigus  
Sutilelinum.

Scilicet nostræ fuerat saluti,  
Non sibi natus, neq; res ferebat,  
Quæ parabatur, bona fastu osi,

Splendida mundi.

Rebus afflictis hominum reorum  
Venerat latum auxilium, nefasq;  
Omne deletum tabulis scelesti.

Tristibus orbis.

Hinc & orsurus, sine cæde, & armis,  
Viribus regnum magis auspicatum,  
Quam quod angusto Macedo cruentus

Conditævo,

Non

Non nisi æternis opibus superni  
Spiritus niti sapiens volebat,  
Gentis & spretâ sophien superbæ

Ludere formâ.

Quin & astutum fugiturus Orcum,  
Grandem dum feruens facinus patraret,  
Manibus se dat Stygijs videndum

Paupere cultu.

TANTÆ erat molis semel imminutam,  
Siue consumptam magis, integrare  
Rem gregis nostri, & superare justi

Vindicis iram.

Inde cœlestum chorus angelorum  
Ludit exultim, superumq; regis,  
Voce sublata, modulatur alto

Carminelaudes.

Nec minus nostris generosus ales  
Commodis gaudet: pia gratulantum  
Personat Musa, & bene comprecando

Aëra mulcet.

Qualis at prium melos audit ordo?  
Arbiter mundi id decus invidendum  
Cui dedit? bruti pecoris magistris,

Sub Joue nudo.

Hi, ducum & regum positi ante sortem  
Purpuratorum, potiuntur istis,  
Quæ nec aurivis superet, nec æquet

Pompa triumphi.

Vnus alati agminis, inquit, Euax:  
Nuncium rerum fero prosperarum,  
Gens quibus, quâ se spatiofa pandit

Terra, fructura.

Antiquitas Viena sol. M

A 3

Hoc

Hoc die vobis genitus redemptor  
Alueo duro pecoris sub ora  
Fascijs arcte jacet inuolutus.

Signa notate.

Paret attendens pia jussa, abitq;  
Turba pastorum, neq; facta dictis  
Repperit diversa, nec hæsitante

Mente recessit.

Nos quibus partæ stat item salutis  
Cura, cur sanctis minus efferamur  
Gaudijs, quam quæis fuit hoc tributum

Cernere coram?

ERGO tollentes super astra sensus  
Non minus cunis roseo nitentem  
Ore quæramus puerum, atq; coeli

Munera dantem.

Sic fides fibris adolescat imis,  
Spem trahens secum melioris æui,  
Pectora ardescant hominum Deiq; a-  
moris ab æstu.

Impij ritus valeant amantes,  
Quos vel infantis species egeni  
Vilis offendit, vel amore ducunt  
Sordida mundi.

Dotibus veris puer iste ditat,  
Quo sine essemus sine fine nudi,  
Immo crudeli mala destinata

Turba gehennæ.

Annus at finem accelerat. Quid ergo?  
Sancta lux salutis decus o dierum:  
Læta abi, & prono reuoluta cœlo

Læta redito.

M. Joannes Nendorfius.

## V O T V M

Ad Kalendas Januarij pro salute  
nobilissimæ familie  
Henrici à Kram &c.

**H**umanitate, litteris, & moribus,  
Non elegantem qui modò arguunt virum,  
Sed ipsa quorum vera virtus est parens,  
O magne Krammi, cernis, ut confecerit  
Mundi oculus orbem Phœbus, & punctum ad suum  
Reuertat, anni limites determinans.  
Id te videre conjugemq; sospites  
Cum prole dulci, gaudeo, atq; numini  
Vobiscum id uni gratus acceptum fero.  
Sed inchoabit denuo sol ambitum,  
Deo sinente, quod nova dignum prece.  
Vota ergo tecum pro salute conjugis,  
Tuaq; liberisq; facere equum puto.  
Horum esto summa, ut ille lustrans omnia  
Sol, mensur anni, vos, secundo numine,  
Florere cernat mente sanâ, & corpore,  
Sortisq; pulchris affluentibus bonis,  
Magniq; quicquid ista præter aestiment.

Boni

*Bonijq: at unicum præceteris,  
Aeternus vt lustrator ille pectorum  
Sol radiet in vos lumine atque numine.*

**Idem Nendorfius.**

**FINIS.**






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-597130-p0011-4

DFG



155592

X2204159

VD 17



# Farbkarte #13

Inches      Centimetres

B.I.G.	Black	White	3/Color	Red	Magenta	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
0									

38.

# EΘΑΙΑΚΟΝ ΩΤΗΠΟΣ,

Sive

natalem Salvatoris undecimum  
millesimum sexcentesimum,

scriptum & consecratum

bilissimoq; viro, dn. Henrico à Kram,  
Volckersen vnde Olber, etc.

& fautori omni observantia colendo

a

ne Nendorio, Scholæ apud  
Goslarienses Rectore,



G O S L A R I Æ  
atypographica Joannis Vogdij.

A N N O M, DC, XII.

